



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Analysis Methodica Ivris Pontificii**

**Venator, Daniel**

**[S.I.], 1579**

**VD16 V 541**

De Clerico Excommvnicato, deposito, vel interdicto ministrante. Titulus  
XXVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

1018 ANALYS. IVRIS PONTIFICII

poterit pœnam mortis, vel etiam multò mitiorem, indicere, ut putat Ang. in l. ex senatus cons. ff. adl. Cornel. de sica. Quem secuti sunt plures relati à Boerio, quæst. 301. col fin. & Decius in l. si quis, num. 4. ff. de iuris d. omnium iud. Nam si is, qui imaginem Principis fœda- u. t vel de honestauit, grauiter puniendus est, l. non cōtra hitur, & l. sequen. l. famosi, ff. ad l. Iul. maiest. l. capitulum, §. statuas, vers. eum quoque qui imaginem Cæsa- ris, ff. de pœnis, quanto grauius hic, qui imaginem Dei deturbat, plectendus est. Quo argumenti genere vtitur Boerius, q. 301. num. 17. Et confirmatur ex l. vni. C. nemini licere signum Salua. Qua lege pœna grauissima puniuntur ij, qui in contemptum Christianæ religionis in terra, vel marijore signum Crucis, vt pedibus conculi- cari possit, insculpsit, atque fixit.

DE CLERICO EXCOMMUNICATO, deposito, vel interdicto ministrante.

Titulus XXVII.

*Qua pœna feriendus Clericus excommunicatus  
vel depositus ministrans?*

**E**ffectus excommunicationis est, quod clericus, du- rante excommunicatione, sacra ministrare non pos- sit, intantum, ut si ministret, hoc ipso irregularis efficia- tur, c. si quis Episco. 11. q. 1. de sent. & re iud. in 6. c. is cui, de sent. excom. in 6.

Circa hoc tamen distingue. Aut clericus ignarus ex- communicationis, celebrat, & tunc si ignorantia probabi- lis fuerit, excusabitur. Ceterum si forte ignorantia crassa, supina: aut erronea: nisi dispensationem à Pon- tifice consecutus fuerit irregularitatem, contrahit, c. A- postolicæ, extr. eod. Quod si cognita excommunicatio- nis censura ministrat: interest an excommunicatio ma-

io  
or  
do  
na  
te  
co  
su  
tig  
ac  
rū  
ti  
ju  
Or  
co  
tu  
pe  
ce  
cō  
su  
c.  
D



ior vel minor sit. Si maior: clericus excommunicatus omnibus beneficijs priuatus, si monitus ab administrâdo non desistat, ad requisitionem Ecclesiæ exilio dam-natur, c. si quis, c. clericî, &c. latores, extr. eod. Nec po-test aliud beneficium illi conferri Adeò, vt scienter ex-communicato conferens à beneficiorum collatione suspendatur, nisi collationis tempore absolutio illi con-tigerit, c. postulastis, &c. c. proposuit, extr. eod. Si verò mi-nor excommunicatio: quæ ex cōmunione excommunicato-ru puenit, & tunc cum clericus minori excommunica-tioni subiectus, irregularitatem non contrahat, ea, quæ iurisdictionis sunt exercere poterit: si tamen ea quæ Ordinis sunt exercuerit, sacramentaque Ecclesiastica contulerit, licet conferendo peccet, collata tamen, vir-tutis non carent effectu. cùm non videatur à collatio-ne, sed participatione sacramentorum remotus. Dum-modò in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ, videli, cet contra prohibitionem Superioris; communioni ex-comunicatus pertinaciter se non ingesserit. Eo enim ca-su anathemate feriendus est, vt Gregorius VIII. statuit, c. si celebrat, ext. eod.

## DE CLERICO NON ORDINA-to, ministrante.

### Titulus XXVIII.

*Quæ pœna clerici non ordinati ministrantis?*

Pœna clerici ministrantis ea quæ ad ordinem, ad quem ordinatiōne Episcopi non est admissus per-tinent, est, quod depositus ejiciatur ab ecclesia, nec amplius ordinetur, c. i. ext. eod. licet Diaconus fungens munere sacerdotij, ad quod ipse non est promotus, à dia-conatu, cum iactura adeptiois maiorum ordinū, bien-nio vel triennio suspendatur, c. ex literis, ext. eod.

DE